



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 29. Belli Hispanici continuatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](#)

nino abstineant ab omni a^ctu, per quem Sæc. XVIII.
quovis pacto suscitari, augeri, aut con- A. C. 1709.
foveri possent ejusmodi motus, sedicio-
nes & bella: ejusmodi quoque poena-
rum executorem nominavit præfatum
Cardinalem.

§. XXIX.

Belli Hispanici continuatio.

Iterata clades, frumenti caritas & pe- *Hode Hist.*
cuniarum penuria, qua universum de Louis
Franciæ Regnum premebatur, Ludo- XIV. l. 59.
vicum Galliarum Regem impellebat, ^{pag. 67.} Wagner
ut per summum Pontificem, Electorem *Hist. Jo-*
Bavarum, aliosque obquis saltem viis *seph. I.*
pacem peteret: hoc autem anno Rex ^{pag. 285.}
Ruilleum, & postea Torcium Legatos
Hagam decrevit, quorum opera in tri-
ginta octo articulos, ut vocant, *præ-*
liminares cum Eugenio Principe & Mar-
leburgo Duce, Cæsaris & Anglorum
nomine conventum est, quorum *præ-*
cipui fuere, ut Philippus toram Hispa-
niam cederet Carolo, Galliarum Rex
Argentoratum, Dunckeram, aliaque
loca tum redderet tum demoliretur, &
novum Electoratum in Hannoverano,
Prussiæ Ducem tanquam Regem, &
Annam in Britanniæ Reginam, ejus-
que Successores ex linea Protestantica
agnosceret, articuli vero quarti clau-
sulam

Sæc. XVIII. fulam Rysvicensi paci additam ad ge-
A. C. 1709. neralis pacis negotiationem remitti per-
mitteret. Verum hæ conditions a
Gallis æque atque ab Hispanis fuerunt
rejectæ: quocirca Eugenius unacum
Marleburgo pacem, quam negotiatione
obtinere desperaverat, vîtricibus ar-
mis extorquere intentus, coacto exer-
citu Tornacum urbem & arcem die
prima Augusti deditione cepit: inde
Montes Hannoniæ expugnare statuit:
cum toto autem exercitu solerter ad-
volante Villario Franciæ Marescallo res
ad pugnæ necessitatem pervenit: Die
undecima Septembris capta S. Amandi
urbe ad oppidum Malplaquetum seu
Bavaisium pertinaci vincendi studio di-
micatur, sternuntur uno igne integri
ordines, ac septem omnino horas orco
ardenti haud absimilis tempestas utri-
que parti internecinam cladem mini-
tatur, tandem vero Villario post ac-
ceptum vulnus ex acie elato, Buffe-
rius victoriæ totius exercitus excidio
emere, nimis carum reputans, rece-
ptum adornavit, cæsis, sauciisque suo-
rum quindecim millibus; Galli tamen
pro more sibi victoriæ gloriam attri-
buerunt, quam tamen a foederatis ste-
tisse, non modo occupatus prælia cam-
pus, duodeviginti belli tormenta, &
signa hostium quadraginta, sed vel
maxime

CXV.
d ge-
per-
es a
erunt
acum
tione
s ar-
exer-
in die
inde
tuit:
ad-
o re-
Die
handi
n seu
o di-
tegli
orco
utri-
mini-
t ac-
uffle-
cidio-
rece-
suo-
men-
attri-
s ste-
cam-
, &
vel-
kime

maxime eventus testabatur; quippe post brevem omnino obsidionem foederati pactis bellicis honoribus Montes in ditionem acceperunt, hosteque remoto exercitum in hyberna dimisere. Non eodem ardore nec pari felicitate pugnatum est ad Rhenum; Galli enim non modo in Brisgoja Cæsareis pabulationis opportunitatem præripuerunt, sed Mercyum Cæsareum Belliducem, Generali Joanni Carolo Thingio fatis functo subrogatum aggressi, non sine magna clade in fugam egere. In Italia demum præter cruentam velitatem Daunio secundam nil celebrius actum est; Victore enim Amadæo Viglebanum in Ducatu Mediolensi petente, atque Episcopo Quinque-Ecclesiensi in hæc postulata inquirente, tandem Sabado cedendum erat, ea lege, ut triennale contra Gallos fœdus innovaret, qui etiam ad Confluentem Arlii & Isaræ cæsis Gallis viam sibi ad ampliora stravit: in Hispania vero Carolus Rex Arcem Alicante die decima septima Aprilis ductore Comite de Asfeld ditione cepit, postmodum intercepta Baloquera exercitui suo in Aragoniæ finibus hyberna designavit: denique in Lusitania exercitus mutuis hinc inde excursionibus se se inquietarunt.

Hist. Eccles. Tom. LXVIII. I §. xxx.

